

Tiraquel. d. tract. de priuileg. 64. Vbi plures Auctores, & suffragantes, & contradicentes huic assertioni adducit. Harpre.

Quinimod fortius, etiam si non appareat expresse testatore voluisse testari ad pias causas, sed simpliciter testator dicat, committo dispositioni Titij omnia bona mea, licet videatur dicendum, quod tale testamentum tanquam captatorium non deberet sustineri, tamen favore pie cause valet, perinde ac si testatus fuisset expresse ad pias causas. Est casus mirabilis in c. cum tibi. de testam. secundum lecturam Innoc. qua communiter tenetur per Legistas, & Canon. vt dicit Abbas ibi, nu. 4. quem refert Corne. consil. 156. in littera D. lib. 2. & consil. 302. in littera C. lib. 4. Et per huiusmodi verba censetur institutus heres ille, in cuius dispositione ipsa ultima voluntas committitur, & intelligitur grauatius, vt ipsa bona distribuatur ad pias causas, secundum Innoc. in eodem c. cum tibi, qui in hoc communiter tenetur, vt pariter dicit Imola, ibi, post nu. 16. vers. sed alij.

Quinto infertur, quod licet testamentum nutu conditum, regulariter non valeat, nihilominus favore pie cause valet testamentum nutu conditum. Ita dicit gl. in d. c. cum tibi, in gl. magna, & ita communiter tenetur, vt dicit Corn. in l. inuermus, num. 26. C. de testamen.

benus, num. 3. Aret. in l. in eo, qui in fin. ff. de testam. Boer. Instit. de testam. in princ. nu. 76. & seq. Riminal. in d. l. inuermus, col. 1. vers. Item an habeat. Sexto infertur, quod licet de iure communi requiratur, quod legitima relinquatur filijs iure, & titulo institutionis, alias testamentum est nullum, vt dixi infra q. 38. tamen in testamento condito ad pias causas non requiritur, quod aliquid relinquatur titulo institutionis. Ita dixit Bart. in d. l. inuermus, 62. C. de sacros. eccl. cuius opin. est per Doctores communiter approbata, vt dicit Alexan. in l. inter cetera, in princip. num. 4. ff. de lib. & posthum. quem refert Ias. consil. 194. col. fin. lib. 2. ita etiam communiter tenetur attestatur Marhesill. quem refert Nata in d. S. ex imperfecto, post nu. 114. vers. Secundo adducit. Hoc enim, quod aliquid relinquatur filio titulo institutionis, est mera solemnitas a iure civili inducta, & que secundum conclusionem superius factam in testamentis ad pias causas non attenditur.

QVÆSTIO VII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Testamentum imperfectum ad pias causas an sepe sustineatur.
2 Et quid si reperitur schedula scripta, vel subscripta manu ipsius testatoris.
3 Et quid si scripta schedula, Notarioque vocato testator decesserit, priusquam Notarius scriberet?
4 Et quid si testator cepto testamento, sed nondum completo decesserit.

QVÆSTIO VII.



Ixi in precedenti quest. quod testamentum imperfectum favore pie cause sustinetur. Quaro an haec conclusio generaliter procedat, ex quacunque causa testamentum dici possit imperfectum? Resp. quod non, sed distinguendi sunt aliqui casus.

- 1 Vtrum testamentum imperfectum ad pias causas sustineatur, si testator in schedula integre voluntatem suam scripserit, & decesserit, priusquam eam coram testibus, & Notario publicauerit, remissiuè.
2 Quid iuris, si testator curauerit scribi suam voluntatem per alium, eamque ordinauerit coram duobus testibus; & postea iusserit accerseri Notarium, vt de dicta voluntate sua publicum faceret instrumentum, sed priusquam id fieret, decesserit, remissiuè.
3 Quid si testator cepto testamento, sed nondum completo mortuus fuerit, remissiuè.
- ipsius pie cause, ex quo nulla habet formam, propter quam illi debeat fides adhiberi. Nec quidquam facit, quod si inter liberos reperitur talis schedula a testatore cõferta, seruanda est, tanquam testamentum, vt ex dispositione Auth. quod sine, C. de testam. de qua dixi infra q. 14. quia dispositio illius Auth. non habet locum, nisi in causa sua, scilicet inter liberos, non autem ad pias causas. Et licet in hoc varie fuerint opiniones Doctorum, tamen ista est magis communis, quod scilicet non extendatur ad fauorem pie cause, & illam dicit magis communiter approbati Soc. iun. cõs. 189. nu. 73. lib. 2. vbi enumerat auctoritates. Maior enim proculdubio subest ratio in fauorem liberorum, qui omnino sunt ab intestato successuri, quam pie cause. Bene verum est, quod quidquam

ADDITIONES.

- 1 Aliquando vero testator scripsit in schedula integre voluntatem suam. De hoc casu videatur etiam Alex. consil. 114. n. 7. vol. 2. Cæphalus consil. 99. num. 3. Vasquius in tract. de successione. crea. §. 22. sub nu. 6. vers. sic dicendum. Et Michael Grassus lib. 1. receptar. sentent. §. testam. num. 19. nu. 3. Tiraquell. in tract. de priuileg. pie cause, priuileg. 6. Alij per eum relati. Harpre.
2 Aliquando, & tertio, testator fecit vocari duos testes, &c. Hoc de casu consulatur Decius consil. 159. Ruin. consil. 11. nu. 3. Couarruu. in c. relatum, 11. nu. 9. de testam. Lu. Iouicus Zunth. respõs. pro vxore, n. 291. Anton. Gabr. commun. conclus. lib. 4. concla. 9. Grassus dicit. S. testam. q. 19. nu. 4. & Gilchenius in l. 1. nu. 17. & seqq. vbi hunc casum latius examinat. Harpre.
3 Aliquando, & quarto, testator incepit facere testamentum, &c. De isto casu inspiciantur quoque prater allegatos a Clato nostro, Fernandus Vasquius d. tract. de successione. crea. §. 22. nu. 6. cum sequent. & Grassus modo, dicta quæst. 19. numero 2. vbi infert, si testator iusserit fieri capellam, vel templum certo modo, & cum vellet ultra procedere, decesserit, antequam testamentum perficeret, id testamentum non valere, etiã quod illam capellam, quicquid in contrarium, post Bartolum, & Decium hic citatos, attulerit Didacus, Couarruu. dicit. c. re-

quid sit in foro fori: tamen in foro poli longe tutior esset contraria opinio, quanto huiusmodi schedula esset taliter confecta, quod appareret illam potius esse declarationem voluntatis, & dispositionem, quam preparationem ad disponendum. Et licet forte iudicando, non auderem recedere a communi opinione, tamen si casus contingeret, non consulerem amico, neque mihi ipsi, posse salua conscientia res, in tali schedula Ecc. es. a. relictas, ab herede retineri.

hac schedula, alias si reperitur sola schedula, esse in casu precedenti, in quo tenui ipsam schedulam solam non valere in vim testamenti. Secundo autem requisitum est, quod testator non exprimat se vel le de contentis in schedula confici scripturam per Notarium, tunc enim potius esset preparatio dispositionis, quam dispositio, vt dixi in caso statim sequenti, & idem non valeret in vim testamenti.

latum, n. 10. de testa. Huc refertur poterunt ea, quæ annotauimus sup. q. 4. nu. 4. & seqq. Harpre.

QVÆSTIO VIII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Testamentum inter liberos valet, etiam si in eo non adsint solemnitates a iure civili requisiti.
2 Et an in eo sufficiant duo testes.
3 Et quid si testator sit cæcus.
4 Et an mulier possit in eo testis esse.
5 Et an requiratur, quod Notarius, & testes sint rogati.
6 Et an tale testamentum, si vnus ex filijs in eo sit prateritus, sustineatur.
7 Et quid si non sit ei relictum titulo institutionis.

Et an in Testamento inter liberos subintelligatur clausula codicillaris.
9 Et an valeat testamentum inter liberos nutu conditum. Ex Additionibus.

1 In testamento inter liberos condito sufficiunt duo testes.
2 An in isto testamento mulier possit esse testis.
3 Nunquid in testamento inter liberos testes debeant esse rogati.
4 Et an tale testamentum valeat, si vnus ex filijs in eo sit preteritus, & num. 1.
5 In testamento inter liberos filijs omnibus debet aliquid relinquere institutionis, remissiuè.
6 Ecquid testamento inter liberos subintelligatur clausula codicillaris.
7 Et vtrum testamentum inter liberos nutu conditum sustineatur.

ADDITIONES.

Conditum inter liberos. An testamentum in quo liberi sunt inaequaliter instituti gaudeat uilae privilegij? Negatiuam defendit Tiraquel. de iure primogenit. q. 4. n. 4. Marian. l. un. col. 1. 27. uol. 1. & col. 96. uol. 2. Affirmatiuam tueretur Bero. q. 36. Rimin. in §. ex imperfecto. Eman. a Cost. in repet. c. si pater. par. 1. uer. in suo testamento. de testa. in 6. uide Gab. de testa. concl. 6. & Cephal. conf. 43. n. 20. uol. 3. quae hic traduntur. & privilegia testamētū inter liberos locū sibi uēdicant etiā in testamēto matris. §. ex imperfecto. Hacta. conf. 62. n. 5. Goueb. Ex imperfecto. Iustus §. dispositio non habet locum. I cum in testamento imperfecto ratione preteritionis: ut per Dec. in col. 105. col. si. qui ibid. concordat. citat. Vetum habet locum quando filij sunt omnes aequaliter instituti: at secus si essent inaequaliter instituti; quia tunc non procedit. ut post Roman. conf. 385. col. 2. uer. 2. in princ. tradit Dec. eodem consil. 105. num. 6. Adde. & uide per Riminal. l. un. conf. 428. nu. 13. 14. 15. Giach.

Sufficiunt duo testes. Adde etiam idē inter nepotes. Ita cōtra Curt. iun. concludit Natta consilio 423. nu. 13. Giach. Sufficiunt duo testes. Adde ad 7 huius conclusionis confirmationē text. in l. hac consultiſſima 21. §. ex imperfecto. 1. ibiq; Bartolum. Alexandrum. Baldum. Angelum. Iasonem. Cornetum. Sichardum. Donellum. & Gilkenium. C. de testamēt. Didacum Couart. in cap. relatum. 11. num. 4. & 5. ext. cod. Valsq. in tract. de success. creat. §. 21. nu. 58. Francisc. Vini. commun. opin. lib. 1. opin. 43. uer. interpretatur quoque. & c. Ludouic. Zunt. in respōso. seu consil. pro uxore. num. 63. Manuc. libro 6. de coniect. ult. voluntat. cap. 2. Gail. lib. 2. obs. 112. nu. 1. Grassum lib. 1. recept. sentent. §. testamentum. q. 11. nu. 4. Meyrer. in tracta. de testamentar.

Adde ad 7 huius conclusionis confirmationē text. in l. hac consultiſſima 21. §. ex imperfecto. 1. ibiq; Bartolum. Alexandrum. Baldum. Angelum. Iasonem. Cornetum. Sichardum. Donellum. & Gilkenium. C. de testamēt. Didacum Couart. in cap. relatum. 11. num. 4. & 5. ext. cod. Valsq. in tract. de success. creat. §. 21. nu. 58. Francisc. Vini. commun. opin. lib. 1. opin. 43. uer. interpretatur quoque. & c. Ludouic. Zunt. in respōso. seu consil. pro uxore. num. 63. Manuc. libro 6. de coniect. ult. voluntat. cap. 2. Gail. lib. 2. obs. 112. nu. 1. Grassum lib. 1. recept. sentent. §. testamentum. q. 11. nu. 4. Meyrer. in tracta. de testamentar.

QVÆSTIO VIII.



Uter alias diuisiones testamentorum conditū inter liberos. aliquid conditum inter extraneos. Habet enim testamētum conditum inter liberos hoc privilegium. quod etiā si sit imperfectum. id est. minus solēne. nihilominus ualeat. tanquam si esset ex omni parte perfectum. & solēne. Fac ergo conclusionē; quod testamētū inter liberos ualeat. etiā si in eo non interueniant solemnitates à iure civili requisitae; & de hoc est text. expressus in l. hac conditiſſima §. ex imperfecto. C. de testamēt. qui est clauis in hac materia. sed solummodo attenditur dispositio iuris gentium. Ita dicit Bart. in d. §. ex imperfecto. in finalibus uerbis: & ita tenent omnes. ut dicit Iason in Auth. nouissima. num. 16. C. de inoffic. testam. & ratio est secundum communiter scribentes. teste Curt. iun. in d. §. ex imperfecto. post num. 3. & Natta num. 107. quia cum causa testati foueat causam intestati. cessat timor falsitatis. propter quem lex requirit maiorem numerum testium. Sed hęc ratio mihi non satisfacit: quia ea attendenda. ita dicendum esset. quod uocū heredes ab intestato essent instituti. quod tamen non est in iure uerū. Ideo iudicio meo tutius esse dicere. hoc fuisse introductum fauore ipsorū liberos. quibus etiā iure naturali debetur parenti hęc reditas. & dicit Natta in repet. d. §. ex imperfecto. num. 30. quod ita dicunt commun. DD.

Secundo inferitur. quod licet regulariter mulier possit esse testis in testamento. ut dixi infra q. 46. uer. scias tamē. nihilominus in testamento condito inter liberos. femina potest esse testis. Ita dicit glos. vni. d. Auth. quod sine. C. de testam. & ita tenent omnes Doct. ut dicit Dec. in l. 2. n. 3. in ff. de reg. iur. Hęc uis etiā esse commun. opin. dicit Grat. in d. cōf. 90. nu. 3. Ripa de pesto. in priuile. vltimarū uolunt. n. 24. Natta. in d. §. ex imperfecto. nu. 166.

Tertio inferitur. quod quāuis de iure communi Notarius. & testes. qui in testamento interueniunt. debeant esse rogati. ut dixi infra q. 58. in prin. & uer. sic. Quod uero. tamen in testamento condito inter liberos non requiritur. quod Notarius. uel testes sint de ipso testamento rogati. Ita dicit glos. in fin. in uerbo excepto testamento. C. de codicill. quam dicit esse communiter approbatam. Dec. conf. 630. nu. 2. Sigismund. consil. feudali §. num. 16. Et ita communiter tenent attestatur Cornel. in dicta Auth. quod sine. num. 6. Hanc etiam opin. dicit esse communē. Ias. consil. 68. circa princ. lib. 2. Rubens consil. 6. num. 5. Natta. in §. ex imperfecto. nu. 159.

Sed quæro. Tu scis. quod ad hoc. ut testamētum ualeat. requiritur. quod filius in potestate sit institutus. uel exheredatus. alias autē si sit præteritus. testamētū est nullū. ut dixi infra q. 42. nūquid hęc conclusio habeat locū. etiā in testamēto condito inter liberos. ita ut si forte unus ex ipsis filiis in eo sit præteritus. testamētum corruat. neque susciatur ex dispositione d. §. ex imperfecto. Resp. quod in talis testamento. in quo unus ex liberis sit præteritus. non habet locū dispositio d. §. ex imperfecto. Ita tenet glos. in l. si filius. qui in potestate. in glos. fin. ff. de lib. & posthum. commun. sequuntur communiter DD. ut dicit Dec. consil. 105. nu. 5. in fin. Eamdem glos. attestatur esse commun. approbatam. Claud. in l. inter cetera. num. 8. ff. de lib. & posthu. Et hanc esse commun. opin. dicit. Alex. conf. 126. post n. 3. uer. nec obstat: id quod habetur lib. 2. Natta. in d. §. ex imperfecto. nu. 17. Be-

In testamento inter liberos debet omnibus filiis aliquid relinquere institutionis. Adde idem sentientes Didacum Couart. in cap. Raynutius. 16. §. 1. nu. 2. de test. Alex. consil. 158. vol. 5. Gailium d. lib. 2. obs. 112. num. 11. & 12. Hartmanum Pistoris d. q. 1. num. 14. Grassi d. q. 11. num. 10. & Thadeum Pisonem d. c. 7. num. 40. tamen si. post Iasonē in Auth. nouissima. nu. 16. C. de inoffic. test. contrarium tenent Sichard. in d. l. 21. §. ex imperfecto. nu. 3. C. de test. qua de re uerius disputabitur infra. ad q. 38. num. 8. Harprec. K. Alex. conf. 75. Adde quia est. conf. 76. ubi etiā uide in additio. Giach. I Vnum tamen scias in hoc proposito. & c. In testamento imperfecto inter liberos semper intelligitur clausula codicillaris (ut. si non ualeat iure testamenti. ualeat iure codicillorum) etiā expressa a patre apposita non fuerit. Ita tradunt Alexand. conf. 176. num. 5. vol. 5. & consil. 105. vol. 7. Gail. d. lib. 2. obs. 112. numer. 1. Reufner. in tract. de codicill. c. 23. nu. 9. Curt. Sen. consil. 75. Marian. Socin. consil. 144. nu. 36. vol. 2. & Ioseph. Ludou. decif. 2. nu. 31. Quinimo & alia magis generalis clausula subintelligitur; uidelicet. ut si non ualeat. quod ago ut ago. ualeat omni meliori modo. quo ualere potest. ut. post alios. annotarunt Grassius d. §. testamētum. q. 11. num. 11. & Pifo prædicto c. 7. nu. 42. Ilucq; pertinent. quæ annotationes ad §. 1. nu. 7. Instit. de codicill. Harprec. in Clausula codicillaris. Adde Matheſil. sing. 41. Hyp. singul. 36. Quinimo

vous in c. Rayn. nu. 3. & sequ. Hic enim defectus præteritionis est potius circa substantiam. quam circa solemnitatem ipsius testamenti: merito non tollitur ex dispositione d. §. imperfecto. Præterea esset ualde inconueniens. ut dispositio ducta in fauorem liberorum. retorqueretur in eorum odium. contra communes regulas. Vide. quæ dixi infra. uer. sic. sed pone. Sed pone: Testator in testamento inter liberos aliquid reliquit uni ex filiis suis. non tamen titulo institutionis. prout de iure requiritur. ut dixi infra q. 38. Nunquid tale testamētum. nō obstante huiusmodi defectu. sustinebitur? Resp. quod non. sed omnino etiam in testamento inter liberos debet omnibus filiis aliquid relinquere iure institutionis. Ita uolunt communiter Doctores. ut dicit Ruin. conf. 1. nu. 3. lib. 2. Et hanc opin. communiter teneri attestatur Salic. in Authentic. nouissima. num. 1. C. de inoffic. test. quem refert Alex. conf. 75. n. 17. lib. 3. Eandem opin. dicit esse communem Alber. in d. Auth. nouissima. circa princ. Matheſil. singul. 106. quem refert Io. Cirier. de primogenit. in 3. quæst. 2. lib. num. 14. Bertrand. consil. 19. col. 1. lib. 3. in 2. parte. & conf. 130. nu. 2. eo. vol. Clau. in l. inter cetera. nu. 4. & seq. ff. de lib. & posthu. Curt. iun. in d. §. ex imperfecto. nu. 13. Natta in eodē §. ex imperfecto. num. 112. & seq. Apostill. ad Alex. consil. 168. sub nu. 6. lib. 5. Ioan. Diu. de arte testan. tit. 3. caut. 1. nu. 8. Emil. Ferret. in l. filium quem habentem. nu. 25. & seq. C. famil. hercisum. Dicit etiam

Guliel. de Benedic. in 1. par. repet. cap. Raynut. fol. 194. num. 135. quod hanc opinionem. ueluti communem tenet utraq; scho-la Legistarum. & Cano. Idem dicit Probus in Apostill. ad Io. Monach. in cap. si pater. n. 17. de test. in 6. Hanc etiam esse communem opin. Legistarum. & Canon. attestatur Ias. in d. Auth. nouissima. num. 16. & seq. licet ipse teneat contrarium. & dicat. quod si casus contingeret. ita consuleret. & iudicaret. Tu uero in consulendo. aut iudicando non recedas a communi opinione: quia lex. quæ disposuit. testamētum inter liberos imperfectum ualere. condita fuit in fauorem filiorum. ut superius dixi. Idē ubi uide quæ conditio filiorum efficitur deterior. non debet habere locū dispositio illius legis. Quod autem deterior sit eorum conditio. ubi non sint uocati titulo institutionis. patet ex his. quæ dixi in d. q. 38. uer. neque credas. Faciunt. quæ dixi supra uer. Sed quæro.

Vnum tamen scias in hoc proposito. quod in testamento inter liberos semper subintelligitur clausula codicillaris. Ita dicit glos. nota. in l. cohæred. §. cum filia. in uerbo. non ualuit. ff. de vulgar. quæ ab omnibus est approbata. ut dicit Boer. decif. 250. post numerum 6. uer. sic. & si non ualeat. Et hanc conclusionem dicit esse communem. Ias. in d. §. cum filia. circa fin. quem refert Bellon. consil. 85. nu. 4. Quod nota. quia est maximi effectus. ut uidebis infra in discursu materia

Uterius quæro. nunquid ualeat testamētum inter liberos nutu conditum? Respondeo. quod non. Ita tenet Angel. in l. discretis. C. qui testam. fac. poss. ubi refert hanc quæst. fuisse de facto in Cardinali Perusino. Et hanc opinionem dicit esse magis communem. Natta in d. §. cum filia. circa fin. quem refert Bellon. consil. 85. nu. 4. Quod nota. quia est maximi effectus. ut uidebis infra in discursu materia

QVÆSTIO IX.

SVM MARIA.

Ex Claro.

- 1 Testamentum inter liberos imperfectum ratione voluntatis. an susciatur.
2 Et quid si testator illud iam ceptum plenè perficere non potuit.

- Ex Additionibus.
1 An. & quatenus testamētum ratione voluntatis inter liberos subsistat. tribus casibus explicatur.
2 Primus casus est. si testator illud iam ceptum. plenè perficere non potuit.
3 Secundus est. si testator aliquid dicendum in aliud tempus seruauit.
4 Tertius. si testator fecit scribi suam uoluntatem. & iussit uocari plures testes. & antequam uenirent. deceſit.